



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Paradiastole.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

## Palindromia.

**Relatio**, qua plura verba verbis pluribus una serie, eodemque ordine referuntur. Vide Cic. 3. de Orat. sect. 205. tale illud vulgatum.

*Pastor, arator, equos, paui, colui, superauit.  
Capras, rus, hoftes, fronde, ligans, manus.*

## Palinlogia.

**Iteratio.** Hæc figura repetito codem verbo, aut nomine, non diuersa vult intelligi, sed idem quod significatur efficere vehementius. Cuiusmodi est hoc: ferrum, ferrum, inquit, & hoc in iudicio dicit ter, ejciantur; proterui: repetitum enim hoc ferrum indignitatem rei, atque audaciam eius, in quem dicitur impennis significat. Nec solum nomen, aut verbum, sed omnis pars orationis iterari ad eundem vim potest: ut cum dicitur, Tu, tu Antoni, Cæsari ruenti, atque omnia permiscere cupienti, caussam belli ciuilis dedisti.

**Palinlogia** est, cum verbum, quod in prima sententia est ultimum, in sequente fit primum, vt

*Pierides vos hac fatietis maxima Gallo,  
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in hor-  
ras.*

**Et.** Addit se sociam, timidisque superuenient  
Aegle,

*Aegle Naiadum pulcherrima.*

**Et.** Deiphobum vidi lacerum eride littera,

*Ora, manuque ambas.*

**Et.** Concurrent Tyrrhenæ acies, atque omnibus  
omni,

*Vni, odij queniro, teliisque frequentibus in-  
stant.*

Latine dicitur iteratio.

## Paradiastole.

qua dissimilia discernuntur: vt, cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligenterem.

Rut. Lsp.  
q.2.

**Paradiastole**, hoc schema plures aut duas res, qua videntur unam habere, disiungit: & quantum distent, docet, suam cuique propriam intentiam subiungendo. Hyperidis, Nam cum ceterorum opinionem fallere conaris, tu tete frustratis: non enim probas te pro astuto sapientem intelligi: pro confidente fortem: pro illiberali diligenterem rei familiaris: pro maleuolo severum: nullum est enim virtutum quo virtutis laude gloriari possit.

Hoc idem schema solet illustrius fieri, cum ratio proposito subiungitur. Id est, huiusmodi, quapropter nolo te læpius parci appellare,

cum sis auarus. Nam, qui pareus es, vtitur eo quod satis es: tu contra, propter quaritiam, quo plus habes, magis eges. Ita non tam diligentiae fructus, quam inopie miseria te consequitur.

paradiastole est, cum similes res discernuntur contrarijs redditis, vt

*Triste lupus fabulus, maturis frigibus im-  
bres,*

*Arboribus venti, nobis Amaryllides ira.*

*Et, Dulce satys humor, depulsi arbustus ha-  
dis,*

*Lenta salix facta pecoris, mibi solus Amyntas.*

Latine dicitur discriminatio.

## Paradigma.

Paradigmatis quidem triformis est ratio. Nam exemplum, aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrumque. Personam sine sermone, vt Cic. in Milon.

Neque enim poruisset, aut Hala ille Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me consule senatus non nefarius haberi, si sceleratos ciues interimere nefas es- set.

Sermonem sine persona. Catonis est di-  
ctum, pedibus compenfare pecuniam.

Sermonem pariter, & personam, Cic. pro Roscio, Estne hoc illi dicto, atque factio Fimbriano simillimum? Rursum parabola & ipsa tripartita est, per icona, homœon, epagogen.

## Paradoxon.

Sive hypomone, sustentatio, vel inopinatum. *Idem, p. 29.* Hoc schema suspendit sensum: deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris, sive magnum, sive minus: & ideo sustenatio, vel inopinatum dicitur. Cicero pro Ligariorum.

Hinc profectus, non ad Gæfarem, ne ita-  
tus: non ad domum, ne iners: non aliquam in  
regionem, ne condemnare caussam illam, quā  
secutus es, videretur, &c.

## Paralepsis.

Præteritio. Frequens est huius figura usus, ubi quasi prætermittentes quedam nihilominus dicimus, sicut pro Milone tota illa qua-  
stio inducta est, qua docet è Republ. fuisse occi-  
cidi Clodium.

quod si non possem, inquit, diluere crimen,  
vt dilui, tamen gloriose hæc prædicare Mi-  
loni licet.

R. r

Aenea